

**Dissertatio medico-obstetricia de funiculo umbilicali humano foetui circumvoluto : quam gratiosi medicorum ordinis permissu, pro summis in arte medica et chirurgica honoribus impetrandis, exhibuit / auctor Christoph. Mathias Daubert.**

### **Contributors**

Daubert, Christopher Mathias.  
Royal College of Surgeons of England

### **Publication/Creation**

Gottingae : Typis Henrici Dieterich, 1808.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/f9anndrr>

### **Provider**

Royal College of Surgeons

### **License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

71634 14  
DISSERTATIO MEDICO - OBSTETRICA

DE

UNICULO VMBILICALI

HUMANO FOETVI CIRCUMVOLVTO.

---

QVAM

RATIONOSI MEDICORVM ORDINIS

PERMISSV

PRO SVMMIS

ARTE MEDICA ET CHIRVRGICA

HONORIBVS IMPETRANDIS

EXHIBVIT

A V C T O R

CHRISTOPH. MATHIAS DAUBERT

MAGDEBVRGENSIS.

---

*Cum Tabula aenea.*



---

GOTTINGAE

IN TYPIS HENRICI DIETERICH.

MDCCCVIII.

4

THE  
DEPARTMENT OF AGRICULTURE

AND FOREST SERVICE

UNITED STATES GOVERNMENT

WASHINGTON, D. C.

V I R O

EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO

U E N G K E N

MEDICINAE ATQVE CHIRVRGIAE DOCTORI

REGI A CONSILII AVLICIS

MEDICO APVD MAGDEVRGENSES

CELEBERRIMO

FAVORI AMICISSIMO

H A S C E

INDIORVM ACADEMICORVM PRIMITIAS

PIA GRATAQVE MENTE

B. D. D.

A V C T O R.

V I N O

EXCELSISSIMO EXPERIMENTISSIMO

U E N G K E N

EDIFICATA A DOMINA EMERENTIA DOCTORE

ADRIANO A. ROSSINI

EXCELSISSIMO EXPERIMENTISSIMO

EXCELSISSIMO

EXCELSISSIMO EXPERIMENTISSIMO

EXCELSISSIMO

EXCELSISSIMO EXPERIMENTISSIMO

EXCELSISSIMO EXPERIMENTISSIMO

EXCELSISSIMO

EXCELSISSIMO

*Circumuolutionis definitio.*

Funiculi vmbilicalis circumuolutio  
artus adiutoribus est, si funiculus vnam  
viresue foetus partes circumstrinxerit.  
ominis proprium esse videtur. Id sit  
his rationibus necesse est.

Primum enim foetui humano lon-  
gor funiculus ex proportione corporis  
ii est, quam vlli animali, longitudo  
us enim eadem esse solet ac corporis,  
illicet 17 - 19 digitorum Paris. Foe-  
um immaturum 3 - 4 mensium longitu-  
ne excedere solet, et ipso maturo foetu

longior saepius occurrit, longitudine demum 40 digitorum et supra; quo fit, vt foetus eo circumligari possit facillime.

Deinde spatium, in quo foetus in liquore foetali natans prioribus mensibus mouetur, maius est.

Tum situs materni corporis varians et in agendo et quiescendo. Mater enim si stet orificium vteri, si dorso lateriue incubet, aut hoc aut illud, si se inclinet fundum vteri foetus spectat. Ex hoc vario corporis situ circumuolutio mortui foetus facile intelligi potest, eo magis praeter motiones matris si etiam motiones foetus proprias respiciamus.

Foetus iam ante mediam grauiditatem seu ante illud tempus, in quo mater motus sentit, se mouere videtur forsan ab eo tempore, in quo musculi foetus distincte cognoscuntur, inter tertium quartumque mensem. Foetus mo

is proprius vero interdum motu matris  
valde adhuc augetur, quod in saltando,  
aliando, currendo saepissime fit. Idem  
anguinis impetus in vterum auctus id  
fficere videtur.

Huic impetui tantum adscribendum  
ensemus, tempestatem quidquam ad  
circumuolutionem funiculi crebriorem  
oportinere. Ex obseruationibus enim in  
Kenodochio obstetricio Gottingensi factis  
apparet, altero tempore circumuolutio-  
nes esse crebriores, quam altero, ita vt  
eaeque circumuolutionem epidemicam ac  
abortum epidemicum fingere liceat.  
Tempestatas frigida continua, et demum  
humida, qua sanguis ab corporis ma-  
terni superficie ad partes internas pelli-  
tur, illam circumuolutionem epidemi-  
cam progignere eique fauere videtur.

His causis forsan, praecipue in graui-  
ditate extra matrimonium, alia latens  
adhuc accesserit, irritatio scilicet foetus  
per remedia menstruationem reuocantia,



quae tamen, nisi abortum intulerint sanguinis congestionem in vterum et motum morbosum in foetu teneri effecerint. Peccata contra diaetam, grauiditatis quaedam symptomata etiam causam afferre possunt, vt vomitus saepissime occurrens, flatulentia, obstructio; aequae ac concubitus frequentior ad turbandum et quatiendum vterum simulque foetum occasionem det necesse est \*).

Denique omnium generum animi affectus foetum in priori spatio grauiditatis mouent, cum nec quemque fugiat, eos in altero grauiditatis spatio in quietem foetui subito afferre; permultae enim grauidae post iracundiam, terrorem et ipsam hilaritatem vehementiorem ad medicum, foetum motum esse, deferunt.

Causa adhuc motus aucti et circumvolutionis restat, scilicet foetuum numerus.

\*) Animalia grauida nec porro coitum exercent.

Omnes gemini ea de causa matri inquiete molestiores esse solent, quam singularis foetus.

*Circumuolutionis genera.*

Funiculus vmbilicalis iuxta foetus corpus a placenta in dextro latere haerenti pectus versus dependere solet, ita nec ullam foetus partem circumuincit. Saepius tamen singulas pluresue partes solutius aut arctius circumuincens occurrit. Has partes ex ordine, in natura inueniuntur, proposituri sumus.

Primum. Funiculus collum foetus circumligat, semel bis vel quaterue, MO BAUDELOCQUE \*) septies circumligatum vidit. Nonnunquam forma ballii aut fundae ab vtrisque humeris pectus aut collum dimidium amplectitur, nonnunquam thoracem aut dorsum tan-

\*) *Anleitung zur Geburtshülfe.* 1ster Bd. pag. 310.

quam fasciculum filo decussatim infibulatum obuoluit. SMELLIE \*) id delineandum curauit.

Nonnunquam collum simulque corpus, aut alterum brachium aut vtrumque circumuoluit, aut inter femora effluit. Iuxta circumuolutionem colli circumuolutio alterius aut vtriusque pedis saepissima est, cuius causa in grauiditate foetus motio omnino est.

Quae circumuolutiones tam matris quam foetui maioris minorisue ponderis sunt, prout partes quaedam circumligatae et funiculo inde breuiori reddito infibulatae sunt. His circumuolutionibus vitae foetus periculum afferentibus adhuc funiculi nodationes adnumerandae sunt. Res, quae ex circumuolutione et contractione fiunt, et matris foetusque vitam afferunt haec sunt

1) Tam situs liber quam motus foetus turbatus. Illud si factum est, foetus

\*) Tab. anatom. XXIX.

obuendo viues ad se soluendum inten-  
ere videtur, obseruatum enim est, in-  
ntes, qui in vtero inquieti matrique  
otibus molesti fuerunt, in parturiendo  
mel aut saepius funiculo circumuolu-  
ss inueniri. His motibus placenta eo  
loco, quo vtero arctissime adhaeret  
equens trahitur, qua re fit, vt vteri  
nflammatio localis oriatur, aut sanguis  
x eo inter placentam effluat. Inflam-  
matio totum vterum quidem raro afficit,  
acile tamen concrefcentiam, et adhae-  
ionem placentae ad vterum haud natu-  
raalem producit.

Alter si supra memoratus casus acci-  
derit, inter vterum atque placentam hae-  
sitationes progenitae abortum aut nutri-  
menti penuriam efficiunt ideoque foetui  
damno sunt.

2) Circulatio sanguinis inter placen-  
tam et foetum impedita etiam incom-  
modum affert. Quamquam experientia  
docuit, foetus nutritionem a solo hu-

morum ex placenta in foetum transit minime dependere, cum infantes funiculo clauso, et ipsi eo carentes ad terminum quendam vsque formati et nutriti sunt inuenti, neque tamen nega potest, ad nutritionem et formationem magni interesse humorum circulationem inter placentam et foetum non impeditam illi foetus enim, quibus funiculi clausi erant, plus minusue imperfecti prodierunt. Omnia itaque, quae circulationem impediunt, vitam formationemque foetus imminuant necesse est. Id quod saepius adhuc accideret, nisi natura magnam copiam gelatinae funiculi umbilicalis Wartoni ad custodienda sanguinis vasa ab pressione per circumuolutionem effecta praebuisset.

3) Tertium, quod praesertim nascitur, si colli circumuolutio ingenti cum contractione funiculi coniuncta et intentio strangulatioque permagna sit, incommodum hoc est, vt sanguis ex venis iu-

aribus ad cordem descendere nequeat,  
ss; accumulatio in sinibus cerebri et  
rebro ipso efficiatur, indeque sangui-  
haesitationes mortiferae aut status  
oplecticus progignantur.

Capitis vasa infantum cum colli con-  
strictione natorum ideo videntur eadem  
strangulorum suspensorumque. Vi-  
ntes ipsi infantes constricto collo nati,  
eciem coeruleam inflatamque suffoca-  
one aut strangulatione pressorum ho-  
inum habere solent. Etsi constrictio-  
em non semper mors apoplectica se-  
uitur, sanguinem refluentem impediens  
tamen illa causam affert, qua vasa  
orporis nimis extenduntur. Sanguis  
einde in vasa influit, quae alioquin eum  
non ducunt, et eo modo mala prouocat,  
uorum origines altera ratione nec in-  
telligi possunt, vt vitia oculorum san-  
guinis defusione in retinam effecta, sur-  
ditatem et coecitatem ingenitam, Hydro-  
cephalum.

4) Circumuolutio etiam praeternaturalium situm habitumque foetus aut eius capitis efficit primum enim breuiatus funiculus caput foetus a pelvis apertura remouet, et impedit, quo minus iusto tempore, scilicet sub finem grauiditatis in aperturam descendat; deinde circumuolutio etiam impendimento est, quo minus caput eum habitum, qui ad partum est maxime naturalis, si nempe occiput ad sinistrum pubis os tendit, habeat. Euenit itaque, ut fere omnes foetus, quorum occiput ad sinistrum pubis os non tendit, in partu circumuoluti inueniantur. In xenodochio obstetricio Gottingensi experientia docuit, omnium foetuum duas tertias et supra, quorum occipita ad dextrum pubis os tendentia in partu videntur, funiculo circumuolutos esse. Cum circumuolutio interdum descensionem capitis plane impediat, plures foetus, in partu nates ostendentes etiam funiculo circumuoluti sunt.

5) Maxime tamen impedimento sunt circumuolutiones, quo minus naturales veri contractiones ad depellendum foetum minuunt, aut plane tollant. Dum enim funiculus breuiatus singulis foetus motionibus trahitur, vterus ita irritatur, ut iam in grauiditate contractiones spasticae cooriuntur, quae mater pro doloribus ad partum spuris sentit, aut hac contractione partialis dissolutio oui ab utero, aut inflammatio, et adhaesio praenaturalis ad vterum progignitur, quae se fit, vt placentae, quae cum circumuolutionibus iunctae fuere saepe difficilius sua sponte se soluant, aut arte soluantur, quam circumuolutione expertes. Eodem irritamentum in grauiditate iam effectum ad tempus vsque partus quoque protenditur, quam ob rem grauidae tales interdum omnibus fere doloribus ad partum veris carent aut perpaucos eosque dolorosissimos habent.

6) Praeter hos dolores spurios etiam circumuolutiones atque breuiatus funi-



culus haemorrhagias ante et post partum  
coefficient. Cum circumuolutiones iam  
tertio vel quarto mense reperiantur, simil-  
limum vero est, ut eae etiam praematu-  
rae dissolutionis oui, et abortus causa  
sint. In partibus quibusdam praematu-  
ris et ipsis maturis aliquot diebus aut  
hebdomadibus ante partum sanguis ex  
organis generationi inservientibus pro-  
fluit, cuius profluxus praeter placentae  
dissolutionem praematuram partialem  
nec alia causa postea inuenitur.

In aliis partibus simul tantum cum  
foetu circumuoluto prodeunti sanguis  
defluit, dum placenta eodem tempore  
soluitur, quo foetus promouetur, ideo-  
que statim post infantem paritur. Qui  
partus autem cum profuso sanguinis  
fluxu coniuncti esse solent.

Aequè vero certum est, circumuolu-  
tiones illas et foetui et matri magno esse  
damno, atque experientia docuit, per-  
multos infantes semel, bisue funiculo

circumuolutos facile ac prospere partos  
ce. Qua re in Xenodochio obstetricio  
ottingensi nuperrime adhuc mihi per-  
asum est, vbi in 24 horis tres infantes  
uniculis bis circumuoluti parti sunt.  
uo infantes, a partumeis, quae olim  
pperant, cito in lucem editi sunt.

Funiculorum longitudines erant al-  
rius  $37\frac{1}{2}$ , alterius 28 digitorum. Ter-  
primiparens quaedam tarde peperit,  
amuis foetus capitis habitus idem fuit,  
alterorum. Puerpera postulante de-  
que infans ope forcipis prospere ex-  
actus est. Iam vero difficilioris partus  
asam cognouimus, magnitudinem scili-  
t infantis librorum octo, fonticulum  
tteriorem osseum, et humerorum lati-  
dinem nimiam. Funiculus veresimile  
vtero leuiter collum et brachia foe-  
ss circumuolutus postea extractione ten-  
ss erat. Nihilo tamen minus infans  
uniculo circumuoluto clamauit. Funi-  
lli longitudo 28 digitorum fuit. Hi

tres partus, quos breui temporis intervallo obseruauimus, simul sunt argumento, circumuolutiones funiculi esse epidemicas, ut iam supra memorauimus. Eodem tempore etiam ossificationes fonticulorum saepius obseruatae sunt. Si funiculus tali longitudine est ac supra neque aliud impedimentum adest, conuolutio difficilis partus non erit causa, si vero funiculus conuolutus indeque breuiatus, impedimenta supra dicta obstant necesse est.

*Signa, quae circumuolutionem ante partum produnt.*

Omnia signa, foetum funiculo circumuolutum esse, quidem sunt incerta, ut medicus tamen et partus adiutor sciat, aequè necesse et utile est, ac signa grauiditatis incerta scire debeat.

a) Quies ac inquietus foetus praeternaturalis. Quarum haec altera saepius occurrit. Quies praeternaturalis ma-

amortu est dignior. Sunt enim grauidae, quae sub finem grauiditatis nec vllum foetus motum sentiunt, ideoque foetum mortuum putant. In pariendo tamen foetus viuit, brachia vero et pedes eius ita circumuoluta fuerunt, vt moueri minime potuisset.

Dolor topicus in vtero, et plerumque in eius latere dextro, vbi placenta sedere solet. Huius doloris causa est supra dicta irritatio funiculi intensi simulque cum sensu vrenti saepius inflammationem topicam omnino improdenti coniunctus est. Quae inflammatio quidem inunctionibus oleosis, missione sanguinis, et antispasmodicis remediis lenitur, minime tamen tollitur, dum causa ante partum remoueri non potest.

Situs permanet altus capitis, huiusque in vltimis grauiditatis mensibus vsque ad partum mobilitas, etiam pelvide recte constructa et inclinata.

d) Sanguinis in vltimis grauiditatis mensibus profluxus, nisi signa placentae sub vteri orificio sedentis videantur.

In parturiendo his signis de circumvolutione opinemur, licet:

- 1) Ex capitis situ permanenti alto.
- 2) Ex doloribus ad partum imperfectis breuibusque et cum topico vteri dolore coniunctis.
- 3) Ex affectu dolorifico, si locus externus, vbi placenta latet, premitur.
- 4) E regressu capitis singulis ad partum doloribus effecto.
- 5) E regressu capitis, si forcipis ope promotum fuerit.
- 6) E sanguinis fluxu, dum caput progreditur.

Hic sanguinis fluxus simul est signum intenso funiculo placentae partem a

ero diuulsam esse, quo caput pro-  
cedi posset. Sanguis hic, vt vteri ve-  
sibus niger est et supra occiput in-  
fantis defluit.

*De circumuolutionis auxiliis.*

Auxilium, quod puerperis in partu  
difficili circumuolutione effecto afferri  
potest, hoc est:

Vt funiculus soluatur. Si partus ad-  
iutor ex signis dictis intellexerit, fu-  
niculum collo circumuolutum esse et  
breuiatum, licet, totam manum in  
partes genitales immittere, prehensio  
occipite funiculum circumuolutum in  
ceruice ad se trahere, laxare, et a  
capite facieque stringere. Id omnino  
cum duplici funiculo circumuoluto  
fieri potest. Hanc rationem a Do-  
mino Consiliario aulico OSIANDER in-  
uentam bene adhiberi posse, hyeme  
anni 1808 in Xenodochio Gottingensi  
experti sumus, cum enim quondam

collo funiculus ter circumuolutus, et eo partus retardatus esset, Clariss. OSIANDER circumuolutiones illa ratione soluebat, et super faciem amovebat. Singulis vicibus circumuolutio si ad capitis verticem vsque detracta esset, quosdam auditores digitis tentare iubebat, vt iis persuadeatur, funiculum a ceruice super caput detractum esse. Tentationem repeti iussit, si funiculus super faciem amovus esset, ita vt haec funiculi euolutio a collo foetus nondum nati extra omnem aleam posita sit.

b) Alterum auxilium est funiculi dissecatio.

Quae tamen in vtero multo est difficilior et periculosior. Dissecatio enim nec prius fieri potest, nisi funiculus foetus corpus versus deligatus sit, cum foetus omnem sanguinem amiserit, antequam natus fuerit. Haud semper coniectura facile adsequi possumus,

quae funiculi pars ad foetum tendat,  
 ea de causa duobus locis deligetur, et  
 intra hoc spatium dissecetur necesse  
 est. Quae bis repetita deligatio au-  
 tem intra vterum est difficillima et  
 interdum nunquam fieri potest. Huic  
 adhuc accedit, cultro aut forfice, qui-  
 bus secatur, vterum laedi posse. Ab-  
 hinc pluribus annis quidem Dr. HERZ  
 instrumentum ad funiculum intra vte-  
 rum dissecandum inuenit, delinean-  
 dumque curauit, simul etiam laqueum  
 ad funiculum deligandum descripsit,  
 tamen si illud consideremus adeo inu-  
 tile inuenimus, vt, quantum scimus,  
 nemo eo vsus sit. Deligatio et disse-  
 catio intra vterum autem eam ob rem  
 perniciosissima est, cum inter deligatio-  
 nem dissecationemque et partum spa-  
 tium aliquot minutorum praeterlaba-  
 tur, quibus infans ob circulationem san-  
 guinis impeditam nec respirare potest.  
 Eo tantum casu duplex deligatio et  
 dissecatio utilis atque indicata est, si



infantis iam vsque ad exitum genitalium promoti aut capiti aut natibus obiacentibus funiculus tam arcte circumuolutus sit, vt euolutio cum laceratione coniuncta putetur. Hic experientia edocti sumus, deligationem et dissectionem commode fieri posse. Eum in finem fasciola duplex ope forcicis ad disseccandum funiculum destinatae funiculo tenso subducitur, fasciola duplex forcicis apice ablata, disseccatur et singulae digitum vnum remotae fasciolae nodis duplicibus iunguntur, et hoc medio spatio forcice funiculus disseccatur et foetus statim forcipe aut manibus in lucem promovetur.

c) Auxilium tertium est, vt puerpera ope forcipis arte onere liberetur. Si scilicet caput in apertura peluis aut in ipsa pelui diu remoretur ita tamen, vt praeter funiculum breuiatum nec aliud obstaculum adsit, si ad par-

um dolores breues aut in sede placenta<sup>e</sup> vehementissimi sint, aut frustra mea foetum promouendi contentione se imminuant et deinde plane desinant, forcipem adhibere tutissimum est. Funiculus quidem foetus collo forsitan circumuolutus ope forcipis tracto capite arctius adhuc tenditur, cum tamen tam diu non duret, quam si natura sola caput propellatur, experientia docuit, infantem emortuum etiam arctissimo funiculo rarissime in lucem editum esse, cui auxilium hoc in tempore allatum fuerit. Si autem auxilium diutius prolatum aut a natura partus effectus fuerit expectatus, infans circumuolutus in lucem emortuus prodit. Id quod proh dolor in multis regionibus fieri solet, cum pro partu adiutores et obstetrices sint, qui proputant, caput si aptum situm habeat et partes pariendo inseruientes satis amplae sint, se auxilium naturae per dies expectare posse. Si demum par-

tus dolores satis diu durantes plar  
definant, credunt illi, dolores reue  
tuos esse expectandos. Interdum fi  
vt natura vires restauret, vterus deau  
contrahatur et foetus sine artis op  
strangulatus autem et apoplexia mo  
tuus, pariatur.

Caput circumuolutione retentum  
forcipe prehenditur et trahitur, f  
saepius, vt priores 10-12 tractus fru  
stra suscipiantur; quod singulis enim r  
missionibus retrograditur. Sed deind  
pars placentae ab vtero distrahitur, fu  
niculus longior producitur, et deflux  
sanguine nigro paucis tractibus foetu  
in lucem prodit.

d) Pericula, quae saepe funiculus ci  
cumuolutus breuiatusque partui ad  
fert, sunt praesertim eius laceratio, e  
placentae distractio. Quod ad lacerat  
tionem attinet, ea tantum fit, si quaedam  
eius loca sint praetenuia, et perpauc  
gelatinae Wartonianae circumdata.

Tenuia funiculi loca aut sunt ea, ubi funiculus e placenta prodit, aut ea, ubi varices magnae, aut permultae venae umbilicalis contorfiones inueniuntur. Quidam funiculi, praesertim foetuum praematurorum circumuolutorumque, eo in loco qui foetus corpori proximus, sunt non praetenues solum, sed saepius etiam contorti et conuoluti videntur. In trahendo si vitalis foetus funiculus iuxta umbilicum laceretur, inde amissio sanguinis mortifica oriri potest, dum nempe residuum funiculi ita breue esse possit, vt deligari nequeat. Funiculo in medio aut in origine e placenta lacerato, sanguinis amissio non est periculosa, si foetus celerrime extrahitur et residuum funiculi deligatur.

Quod autem ad distractionem placentae ab utero attinet, inde tam in partu, quam postea haemorrhagia perniciosissima oriri potest, et citiore il-

lius distractione priusquam contractus sit, fieri potest, ut atonia vteri remaneat, quae post infantem editum inversionem et prolapsum efficiat.

Haemorrhagia, quae statim infantem circumuoluti partum sequitur, ut sedetur, tam spongiam humidam, cui puluis stypticus inspersus est, sibi poscit, quam manipulationem seu compressionem orificii vteri et perscrutationem, utrum post partum vterus semi sit inuersus, ut, si factum sit, quam citissime reuertatur.

*A) Partus ob circumuolutum et nodatum funiculum umbilicalem ope forcipis soluti historia.*

Confer tabulam aeneam.

Foemina prima vice grauida, annorum triginta, et corpore spectabili mense Decembris anni 1802 in xenodochium obstetricium Gottingense recepta est.

teri altitudo die tertio Decembris in  
umbilicum pertinuit, et in latere dextro  
quaedam foetus partes indistincte sensae  
sunt.

Orificium vteri externum inter explo-  
randum fuit laeue, rotundum, et ita aper-  
tum, vt digiti extremi immitti potue-  
runt; orificium internum fuit clausum.  
In capite duro corpus molle sensum est.

Aliquot dies post receptionem narra-  
uit, se in grauiditate saepius impetus  
epilepticos habuisse, circa Michaelis fe-  
tum foetum viuentem animaduertisse,  
et aliquo tempore vero nec vllos mo-  
tus sentire. Die octauo Decembris hora  
septima matutina partus dolores sensit,  
vteri orificium cito apertum est, et ob-  
stetrix xenodochii cum Doctore FIORILLO,  
cui id officii datum erat, pedem foetus  
absistentem distincte deprehenderunt.

Mirati, breue post tempus caput ag-  
gressum animaduenterunt. Hora octaua

velamentis sponte ruptis, aqua cum meconio commixta effluxit. Horam nonnam versus Dominus Consiliarius aulicus OSIANDER aduenit, et a circumstantibus quibusdam, denuo vesicam formatam et ex vtero iam promotam esse, audiuit. Dominus Pr. OSIANDER rem contemplatus hydrocephalum pilis breuibus instructum agnouit. Laxus quidem fuit, et cranii ossa vaticillauerant, e genitalibus tamen, quamquam ad dimidium iam promotus esset, sua sponte non egressus est. Dominus Prof. OSIANDER itaque Doctorem FIORILLO forcipem adhibere, et foetum promouere iussit. Facies ad ossa pubis sita, et funiculus vmbilicalis pedi dextro et collo sic circumuolutus fuit, vt pede arcte cum collo alligato, ante collum nodus se formauerit. Infantem vi protractum statim secundinae colore ex fusco viuenti, cum funiculo haud seiuncto secutae sunt. Placenta pluribus vasis ossis constructa fuit. Eodem die Domi-

Confiliarius aulicus OSIANDER alteri foeminam adhuc in vrbe foetu vitati maturo liberauerat, cuius placenta eius vasis plena fuit, quod argumento eodem tempore interdum rara talia currere.

Ille cum circumuolutione in lucem attus infans fuit puer mortuus iam pudde olens, cuius epidermis facile deubi potuit. Librarum fuit trium cum codecim vncijs et longitudinis  $15\frac{1}{2}$  digitorum Par. Diameter minor capitis fuit  $2\frac{1}{2}$  digitorum, maior  $2\frac{3}{4}$ . Secundae ponderis vnus fuit et funiculus umbilicalis longitudinis 24 digitorum.

*Annotationes in hanc historiam.*

1) Impetus epileptici matris foetum in vtero mechanico modo iactantes causa circumuolutionis atque nodationis fuerint.

2) Hoc perrarum nodationis genus haud dubie causa mortis praematuri foetus



fuit, circumuolutio enim et nodus singulis motibus arctior fiat necesse fuit.

- 3) Foetu strangulatione mortuo sine dubio, meconium cum liquore foetalis commixtum est.
- 4) Mortuus foetus causa praematurae uteri dilatationis atque promotionis ipsius fuit.
- 5) Pes iuxta caput iacens et breuiatus funiculus reddiderunt partum difficiliorem et poposcerunt artis auxilium.
- 6) Minoris foetus difficilior protractio ob circumuolutum caput et pedem diuisa tantum placenta ab utero fieri potuit.

Dominus Consiliarius aulicus OSIANDER historiam hancce mecum placide communicauit; sequentem autem, cum Xerodochium obstetricium frequentarem, obseruauit.

1) *Historia partus ob circumuolutionem  
repetitam difficilioris.*

Foemina, 24 annorum, corporis  
spectabilis, primiparens partum priori-  
us Ianuarii anni 1808 diebus ex-  
spectauit.

Tentatione vero nunquam partus  
tempus destitui potuit, cum nec externe  
foetus partes, nec interne in ipso ultimo  
graviditatis spatio caput praenium di-  
uincte contrectaretur.

Venter plus in latitudinem quam in  
altitudinem extensus fuit et vteri ceruix  
et orificium in fundum vaginae pro-  
tracta fuere. Medio Ianuario grauidae  
subito ex genitalibus magna sanguinis  
profluxio defluxit, ita, vt nec cognosci  
posset, vtrum ex vteri orificio effusus  
esset, an ex vagina. Tandem sua sponte  
cessit, cum foemina quieta maneret,  
foetus autem eo inquietioris calces sub-  
inde in latere dextro ad vmbilicum in-

distincte sentiri potuerunt. Orificium vteri altum, paruum fuit et clausum et nulla foetus pars distincte obstetit. Diebus quatuor praeterlapsis iterum sanguis effluxus sua sponte destitit, et ab eo tempore grauida nec vllum foetus motum sensit.

Nocte a tertio ad quartum diem Februarii partus doloribus laborauit, orificium vteri postero die sensim se aperuit, caput vero supra peluis aperturam vix sentiendum remansit. Tandem filamenta vesicaeformia in vaginam descenderunt, et velamenta per aliquot horis fuerunt rumpenda.

Puerpera de doloribus in regione ossis sacri vehementissimis quæsta est, expectare tamen voluimus, an forsan caput in pelui se positurum sit, eo magis, cum eodem die duo partus adhuc faciendi fuerant. Puerpera denique ob intolerandos præsertim in regione ossis sacri dolores auxilium petiit, quod ei

capite sub horam septimam in pelui  
posito, latum est. Dominus Confilia-  
mus aulicus OSIANDER itaque Dominum  
STRUCKE forcipem immittere iussit, qui  
niam tractibus quatuor validis foetus  
caput in lucem promouit. Funiculus  
umbilicalis collo quater circumuolutus  
soluatur necesse fuit, antequam corpus  
in lucem prodiiisset.

Infans omnium vitae signorum ex-  
pers, et funiculus et liquor foetalis ante  
t. cum foetu effluxus colore ex fusco  
parenti fuit. Placenta mox cum profuso  
anguinis fluxu secuta etiam coloris fusci  
uit. Haemorrhagia ope spongiae in  
aginam missae et puluere styptico in-  
operatae sedata est.

Experimenta ad infantem in vitam  
euocandum fuerunt frustranea. Sexus  
eminei, longitudinis  $18\frac{1}{2}$  digitorum et  
ulnarum  $6\frac{3}{4}$  fuit. Inuestigatio infantis  
corpore aspera arteria et bronchiae pul-  
monales muco cum meconio commixto

plena fuere. Pulmones in aqua defiderunt, quamquam in experimentis ad vitam reuocandam aër in pulmones inspiratus fuerit. Venae cauae et cor sanguine turserunt, et intestinum magna ex parte meconio exoneratum fuit. In ventriculo vt in pulmonibus mucum cum meconio commixtum reperimus, quod signo est, foetum ante partum quidquam aquae cum meconio commixtae cuius pars in pulmones et asperam arteriam influxerit, deuorasse, et tam ea quam strangulatione funiculo circumuoluto effecta apoplexia suffocationeque emortuum fuisse. In placenta librarum  $1\frac{1}{4}$  vestigia ossificationis apparuerunt; funiculus vmbilicalis longitudine 24 digitorum fuit.

---



Seemann Sculpis.

